

— v —

P R A E F A T I O.

Editiones Platonis ab I. Bekkero et Stallbaumio administratae quos collatos habent in commentariis criticis codices, nam quinque codices Pariss. meis impensis esse collatos vix operae pretium esset monere, si non uno certe in loco major, quam Editoris Berolin., hominis Graeci, quem ibi honoris causa nominavi, in libris conferendis diligentia deprehenderetur, horum igitur codicum lectiones in hac editione Timaei recognitas invenies, ubicunque vel mutam illius vel hujus copiosiore, praecipue in grammaticis, vocem aut in auxilium vocavi aut ab ea discessi, non tam lectionibus munitus codicis *Raudnicensis*, quem ante quam illud nomen publice invaluit, a domino suo siglo *Lobc.*, nam Principis Lobcovicii est, significaveram cujusque, quoniam sedula *Schneideri* Prof. Vratisl. industria in nova Platonis editione se eum cum aliis, qui nondum collationem viderunt, hujus scriptoris codicibus in judicium vocaturam promisit, nonnullas tantum scripturae indicavi proprietates, quam per multis veterum scriptorum in Timaeum vel animadversionibus vel saltem testimoniis, quae ab illis editoribus neglecta huic editioni profuere. Quae mihi res occasionem obtulit lau-